

Sägezähne der Blätter und ihre schmale Gestalt aber deuten auf *P. spinosa*. Doch nach den Herbarium-Exemplaren ist das endgiltig nicht zu entscheiden. Diese Pflanze und die zwei folgenden behandelt auch *A. Kmet* (Uhorske Noviny 1883. Nr. 3 p. 19—20), doch konnte ich diese Notiz bisher nicht erlangen.

Prunus flava Kit. (Addit. p. 299; herb. fasc. XLII Nr. 180) ist ohne Bemerkung, scheint aber eine bei der Blattentfaltung blühende, dornenlose *P. spinosa* zu sein, mit ganz kahlen Trieben und Blättern, letztere sind stumpf gezähnt, doch noch unentwickelt. *Neilreich* hält sie mit der vorigen Pflanze für fragliche Synonyme von *P. spinosa*.

P. suaveolens Kit. (Addit. p. 298; herb. XIV. Nr. 154) mit der Bemerkung: „An insititia?“ Ich halte sie für eine verhältnissmässig kleublütige *P. insititia*, wofür sie auch *Kitaibel* und *Neilreich* halten.

(Aus der am 10. Feber 1915 abgehaltenen Sitzung der botanischen Sektion.)

(kl.)

F. Kovács: De plantis emigrantibus, et immigran- tibus confinii oppidi Óbecse.

(Textum hung. origin. vide pag. 68.)

Vultus florum finium, 42,000 iuger. efficientium oppidi Óbecse, ad fluvium Tibiscum (Tisza) siti in Comitatu Bács-Bodrog, intra nonnulla decennia adeo variatus est, ut de hac re quisque botanicorum revera miraretur, qui non sciret, causam illius rei haud aliis circumstantiis, nisi vicissitudinibus interiectis, et permutationi humi magnae partis finium Óbecseensium esse adscribendam.

Etenim, ubi circa 5000 iuger. efficientibus territoriis antea usque ad annos septuagenarios saeculi elapsi inundatio fluvii Tibisci ferme quotannis operiebat terram; dein, ubi usque ad annos nonagenos eiusdem centenarii, qua pascuis communibus, circa 9000 iuger. efficientibus, greges bovinum et ovium assidue pascebantur; praeterea, ubi usque ad annum 1909, territorio, circiter 42 iugera efficienti, ad ripam Tibisci silva quaedam vetusta, opaca et mihi quidem quoad floram gratissima: „Árpádliget“ nuncupata, fere centum annis virescebat; porro, ubi sic dictus: „Agger Romanorum“, („római sánczok“) memoratu dignus, multoque tempore maximam partem intactus, ac illaesus, laudem, et historiam praeteritorum enarrabat; tunc iisdem supramemoratis locis omnibus vegetatio plantarum et flora, quam pulcherrima inveniebatur; nostris autem temporibus, territoriis illis, procul omni dubio ad emolumentum agriculturae, ast nihilominus ad detrimentum et perniciem florum oppidi nostri quondam pervenustae, et nequiquam ad gaudium, imo ad tristiam botanicorum, agricolae et oeconomi seduli, ac studiosi ad aratra stimulant invencos.

Quamobrem non minus, quam 162 species plantarum, embryophytorum syphnogamorum, quae olim intra fines nostros magno numero habitabant, praecipue quinque ultimis lustris, finibus et florum Óbecseensi, proli dolor, penitus valedixerunt.

Illarum emigrantium specierum seriem vide pag. 70—73 in textu hungarico.

Harum plantarum enumeratarum, quibus realismus et materialismus, ubique terrarum nunc vigens non pepercit, maxima ex parte memoriam tenet, ac custodit herbarium meum. — Ast huius circumstantiae quoque haud obliviscendum esse duco, in locum plantarum amissarum, Deo gratias! 89 novas plantas, praesertim nostris temporibus, in territorium confinii Óbecse immigrasse.

Eiusdemque rei causam maxime haud aliam esse puto, quam quod: a) interim via ferreae trifidae, item 7 viae stratae in confinio Óbecseensi aedificatae sint; b) dein duo horti publici, aequae ad stationem viae ferreae, ac ad stationem Tibiscanam navis vapore actae erecti sint: c) necnon sic dictus: „Ferencesatorna“ (Canalis Francisci) secundum legem III^{am}, anno 1894, codificatam a pago Bácsföldvár ad oppidum Óbecse sit transpositus.

Et ita factum est, ut damnum emergens florum Óbecseensis quondam pervenustae, tali modo aliquatenus repararetur.

Plantae viarum ferrearum, et inde in alios quoque locos paulatim dilatae:

Arrhenatherum elatius. In coemeterio R. Cath. parochiae interioris etiam abunde. *Bromus inermis*, *Ornithogalum pyramidale* *O. floescens*, in fossis et inter segetes quoque. *Thesium linophyllum*, *Polygonum dumetorum*, *Bassia sedoides*, *Scleranthus collinus*, *Delphinium orientale*, iam in toto confinio nostro, praecipue inter segetes, ubique abundantissime. *Papaver hybridum*, *Fumaria rostellata*, *Calepina irregularis*, *Neslia paniculata* et *Lepidium graminifolium*, in omnibus coemeteriis quoque, et interdum inter segetes hic. et illic. *Alyssum desertorum* in herbis terit. „Alsó-rét“ dicti, in aggeribus fluvii Tibisci et ad ripam Canalis Francisci quoque. *Reseda luteola*, *Reseda phyteuma*. *Sanguisorba muricata*, *Anthyllis polyphylla*. *Medicago elongata*. *Onobrychis viciaefolia* et *Amarantus albus* exclusive ad vias ferreas. *Linum perenne*, ad vias stratas quoque. *Anchusa italica*, *Melampyrum barbatum*, inter segetes quoque, praesertim allodiales, licet rarissime. *Linaria genistifolia* et *Veronica teucrium*, in fossis vetustissimis: „Csókityárka“. „Kapásárka“ dictis, necnon in herbis viae Szegedinensis quoque nonnunquam occurrunt. *Tussilago farfara*, nonnulla exemplaria inveni adhuc in ripa argillosa arenosa Tibisci supra trajectum Aracsiensem et infra thermas sulphureas Caroli Soós ad canalem abducentem. *Senecio vernalis* in agris territorii: „Kis-Alsó-Felsó-rét“ paulatim aequae dilata est. *Crepis rhocadifolia* et *Taraxacum scrotinum*, item in herbis coemeteriorum, necnon in fossis graminosis viarum stratarum quotannis abundantius. Summatim: 31 plantae.

Plantae per vias stratas importatae et inde dilatae :

Stipa capillata, habitat nunc etiam in coemeterio suburbiali R. Cath. in herbidis. *Chenopodium botrys*, per arenam in via strata Zomborensi advenit, in horto meo quoque crescit. *Euclidium syriacum*. Aliquando nec unicum exemplar inveniri poterat; nunc in omnibus viis abundantissime. *Myagrurn perfoliatum* in marginibus segetum ad vias ferreas hic et illic rarissime; dum ex. gr. in regione Colociae (Kalocsa) et aliis locis planitiei, sic dictae „Nagy Magyar Alföld“ ubicumque abundanter. *Althaea pallida* et *A. hirsuta* in dumetis viarum. *Thymelaea passerina* in agris, praecipue allodialibus exteris ubique abunde. *Caucalis latifolia*, inter segetes allodiales raro; in agris Julii Szmik pharmac. autem in territ. Alsórét saepius abundanter. *Seseli hippomarathrum* et *Melissa officinalis* in fossis lapidosis-arenosis viarum; *Melissa* in horto meo quoque inculta habitat. *Salvia aethiopis*, *S. austriaca* et *Verbascum phoeniceum*, et herbis coemeteriorum et pascuis allodialibus etiam ubique abunde. *Kentrophyllum lanatum* et *Centaurea solstitialis* ad vias omnes quoque in maxima summa. *Xeranthemum annuum* et *Artemisia annua* hic et illic ad vias ferreas rarissime. Summatim: 17 plantae.

Plantae, quas Canalis „Ferenc csatorna“ attulit:

Homalocenchrus oryzoides in marginibus arundinaceis Canalis Fr. ubicumque abundanter. *Chlorocyperus glomeratus*, in inundatis Tibisci quoque solo arenoso-argilloso de die in diem abundantius. *Juncus glaucus*, planta reversura in marginibus Canalis Fr. abunde. *Roripa Kernerii*, in pratis udis et salsis ad ripam Canalis Fr. terittor. „Szuvadula“ dicto rarissime. *Callitriche verna*, *Peplis portula*, *Hippuris vulgaris*, *Utricularia vulgaris*. — *Vallisneria spiralis*, exemplaria quaedam in parte Canalis Fr. sic dicta: „Szuvadula“ crescut. *Valeriana officinalis* rarissime, *Bellis perennis* autem abunde in ripa humida Canalis Fr. ad cataractas — „Türr“ nominatas habitant. *Bellis* etiam in loco silvae excisae „Árpádliget“, in parte olim „Lövölde“ dicta versus meridiem a domo hortulani invenitur; ceterum in confinio nostro nusquam. *Bidens cernua*, planta reversura; aliquando in marginibus stagnorum, nunc in marg. arundineti Canalis Fr. saepius occurrit. *Aster tripolium*, exclusive ad ripam Canalis Fr. territorio „Szuvadula“ dicto. Summatim: 13 plantae.

Plantae per hortos publicos allatae et inde dilatae:

Melica ciliata, in herbis coemeterii centralis Serborum ab annis tribus etiam affatim inveniri potest. *Brassica elongata*, ad omnia coemeteria etiam dilata. *Vicia pannonica*, *V. tetrasperma*, *V. Biebersteinii*, *V. lutea*, etiam ad aggeres in herbis canalis „Parallelárok“ in Alsórét abundanter. *Vicia hirsuta*, in salicetis Tibisci quoque solo arenario. *Sherardia arvensis*, *Galium cruciata*, *G. boreale*, in herbis, multis locis. *Chondrilla juncea*, in hortis nunc non habitat, sed in aggeribus Tibisci in territ.

Alsóré t de die in diem eo abundantius. *Orlaya grandiflora*, nunc exclusive in loco excisae silvae Árpádliget et in coemeterio R. Cat. suburbiali parum invenitur *Erodium ciconium*, nunc solum modo ad portam vineae dr. Julii Balaton supremi iudicis servorum in vineis „Botra“ dictis invenitur. Summatim: 13 plantae.

Plantae alio aliquo modo immigrantes:

Sternbergia colchiciflora, in herbidis coemeteriorum: R. Cath. suburbialis et centralis serborum in quibusvis annis plus et plus. *Corispermum nitidum* raro in arenosis territ. „Alsóréti bosztánok“ dicti. *Cerastium anomalum*. in agris territ. „Alsó- et Felsóré t“ abunde. *Gypsophila muralis*, in arenosis ad ripam Tibisci et in agris siccis, abunde natronatis in territ. „Irizsethát“ dicto. *Astragalus contortuplicatus*, in ripa arenosa-argillosa Tibisci supra trajectum Aracsiensem abundantissime, ita, ut nonnunquam pascua ovium efficiat. *Lathyrus aphaca*, in salicetis Tibisci ad cataractas Canalis Fr. *Geranium dissectum*, ad vias et fossas in territ. „Alsóré t“. *Abutilon Avicennae*, in ripa arenosa, argillosa Tibisci quotannis plus et plus. *Galeopsis speciosa*, nonnulla exemplaria inveni ad ripam Canalis Fr. inter ligna congesta et coacervata Davidis Mendey. Verosimiliter ex silvis Bosniae cum lignis est importata. *Xanthium italicum*, specialis et clara planta confinii Óbecseensis, quae prima vice mense septembr. 1908 a me inventa et lecta ad stationem navis vapor. Tibiscanam, exinde quotannis item in ripa arenosa-argillosa fluvii Tibisci abunde crescit. D. J. Tuzson hanc plantam a me Budapestinum missam in sessione Sectionis Botanicae die 11. Nov. 1908. notam fecit. Novissime in territ. Banatico: „Delibláti Homokterület“ dicto legit D. J. Wagner. *Galinsoga parviflora*, prima vice in horto Canonici-parochi Nagyikindaënsis Michaëlis Káplár legi; dein in hortis Óbecseensibus quoque hic et illic inveni; nunc exclusive et cataractas „Türr“ dictas Canalis Fr. crescit in confinio Óbecseensi. *Helminthia echioides*, a nonnullis annis in agris „Alsóré t“ et in loco excisae silvae „Árpádliget“ similiter in agris cultis abunde. *Atropa belladonna*, *Coriandrum sativum* et *Cnicus benedictus* ab Aladaro Eugenio Lévai droguista duos ante annos cultae plantae erant iuxta excisam Árpádliget, ibidemque nunc qua incultae plantae vegetant. Summatim: 15 plantae. Summa summarum plantarum immigrantium est ergo: 89 Faxit Deus Optimus Maximus, ut etiam aliae plantae in confinium Óbecseense adhuc immigrarent et emigrantes quoque paulatim omnes revertantur!